litari, ad munimentum, ad Evictionem, vel aliis quibusvis dilationibus et legali-
bus impedimentis non differendo; ad quietationem vltra primos Officii
huiusce Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi
non recipiendo: nullasque Protestationes, appellationes, ac earum prosecutiones
faciendo; praemissaque omnia partium simplicibus vel triplicatis causi-
tionibus, responsionibus, fatalitatibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello, di-
uersionibusque, ac aliis quibusuis remediis et defensis non subter-
fugiendo. Hoc suo facto personali recognito ad praemissa omnia mediante.

Baczynski reformat Consorti.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
misliensibus Nobilis Iacobus Baczynski Hnatowic, sanus mente et
corpore existens; a Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis qui-
busuis propriis et competentibus recedendo; huic autem Castrensi Capitaneali
Premisliensi iurisdictioni, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omni-
bus, quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie incorporando
atque subiiciendo, palam, libere ac per expressum recognouit. Quia
ipse Nobili Marianna Paclawska, olim Nobilis Gregorii Paclaw-
ski Dmitrowicz filia, consorti vero sua legitimae eiusque posteris
summam Triginta florenorum Polonicalium, monetae et numeri in Re-
gno currentis, nomine veri dotis et expeditionis per eum acceptae, et in
domum suam importatae; et aliam similiter summam Triginta florenorum
praedictorum Polonicalium, nomine certi veri et iusti dotalitii, in et super tota et
integra medietate bonorum omnium haereditariorum et obligatoriorum mo-
bilium et immobilium, summarumque pecuniariarum nunc habitarum et in
posterum habendarum; nec non auri, argenti, clenodiorum, vestium, pecorum,
pecudum, ac totius supellectilis domesticae, dat, donat, dotalicat, ac modo
reformationis de facto inscribit. Quam quidem medietatem omnium et sin-

gulorum

gulorum praedictorum bonorum, eadem consors sua, cum omni eorundem iure, domi-
nio et proprietate, omnibusque et singulis ipsorum Vtilitatibus, fructibus,
prouentibus, redditibus, emolumentis, obuentionibus alterorumque et quorumque
generis vniversis, nihil excipiendo, tenebit, habebit et possidebit, vsque
pacate et quiete, more ac iure aliarum reformationum hactenus et
antiquitus in Regno obseruari solitarum, vtifruetur.

Popiel liberis suis tenetur.

Comparens personaliter coram Officio Castrensi Capitaneali Premisliensi
actisque illius, Nobilis Iwan Popiel Martynczak, sanus mente
et corpore existens; a Terris, districtibus, Iuribus, iurisdictionibusque
suis quibusuis propriis et competentibus recedendo; huic autem
Castrensi Capitaneali Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus, quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie
incorporando, atque subiiciendo, palam, libere ac per expressum reco-
gnouit. Quia ipse Nobilibus Les, Iac, Wasil, Marusia et Te-
sia filiis et filiabus suis, cum olim Nobili Ioanna Lubieniecka consorte
sua legitima procreatis, eorumque posteris summam Quinquaginta florenorum
Polonicalium, monetae et numeri in Regno vsualis, quemlibet florenum
grossis Triginta Polonicalibus computando florenorum, certi veri iusti et liqui-
di debiti, tenetur atque debet. Quam quidem summam Quinquaginta
florenorum Polonicalium, se ac suos successores in et super bonis suis, videlicet
tota et integra medietate bonorum suorum haereditariorum obligatorio-
rum, mobilium et immobilium, summarumque quarumuis pecuniariarumque
habitarum et habendarum, idque respectu summae similis Quinqua-
ginta florenorum Polonicalium per eandem recognoscentem, per olim prae-
dictam Nobilem Ioannam consortem suam nomine dotis eiusdem, et in eandem
suam importatae, inscribit et obligat praesens hoc per diu et Testo

Conversionis Sancti Pauli Apostoli in anno Millesimo Sexcente-
simo Trigesimo Octavo proxime venturo, incidenti, dare solve-
re, et coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus rea-
liter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam more
ab eodem Officio non [illegible], nec arrestare, aut modo quovis alio
impedire. Idque sub simili summa Quingentorum poenae Polonicalium florenorum
vadio, per eundem recognoscentem Nobilem Ivan Popiel Martynebak et
eius successores, eidem supra scriptis Lesi, Jac, Wasil, Marusia et Szesci
liberis et creditoribus suis, ob summam praefatam pro tempore et loco prae-
scripto non solutionem, ipso facto poenit, ad solvendum succumbendo. Pro
quo vadio ut praefertur succumbito, una cum summa ipsa principali non
soluta solvenda, Citatus coram iudicio recognoscens Nobilis Ivan Po-
piel sive eius successores, ad instantiam eorundem recognitionum ipsius
liberorum et creditorum sive successorum ipsorum, ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense, ex tunc relatum supra scripto, quod respon-
dendum specialiter mediante, semper in primo citationis termino tamquam pe-
remptorio stare, parere, respondere, iudicio satisfacere, [illegible]
iuri satisfacere, [illegible] indicatum pati debebit ac tenebitur, seque
ac suos successores ad eadem omnia obligat: eundem terminum primi
peremptorium, et alios omnes consequentes [illegible] eiusdem terminos, sibi effi-
caciores, [illegible] infirmitate, pro maiori, minoreve aetate successorum,
legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad [illegible]
ad [illegible] vel aliis quibuscumque dilationibus et legalibus impe-
dimentis non differendo; ad quicunque ulterius praesentis Officii
huiusce Castrensis Capitanealis Premisliensis terminus dilationes si-
bi non recipiendo; nullasque protestationes, appellationes, ac earum pro-
secutiones faciendo; [illegible] ordinatis [illegible] simplicibus, vel triplicibus

actis

catis, quaestionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, exceptione terrae, belli
convocationeque, nec aliis quibusvis iuris remediis et defensis non
subterfugiendo. Prout sua praesentia inscriptione ad [illegible] coram [illegible]

Krynicki Olewnickiemu robora Chirographum.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca-
pitanealibus Premisliensibus Nobilis Andreas Krynicki, sanus mente et
corpore existens, a terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibus [illegible] suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo: huiceque Castrensi Premi-
sliensi iurisdictioni, se ac successores ac bona sua generaliter omnibus
quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie incorporando atque
subiiciendo, palam, libere, ac per expressum recognovit. Quia ipse No-
bili Christophoro Olewnicki, eiusque posteris, se ac suos successores
in et super bonis suis generaliter omnibus inscribit et obligat praesens
Recognitio [illegible] manualis per se recognoscentem [illegible] certarum
rerum et conditionum, in eadem recognitione contentarum, de actis ip-
sis hic Premisliae die hodierna in actu contenta, in manus eiusdem
Nobilis Christophori Olewnicki datam, manu Nobilis Ivan Jarocki
propria nomine sui recognoscentis scribere ignorantis subscriptam
in omnibus et singulis eiusdem recognitionis conditionibus, pun-
ctis, clausulis, articulis, ligamentis et nexibus generaliter tam in
parte, quam in toto, firmiter tenere, complere, exequi ac inviolabiliter
observare, omnibusque et singulis contentis illius [illegible]
facit, satisfacere: Recognitionem praedictam ad inscriptionem praesentem
et inscriptionem praesentem ad praedictam recognitionem in totali-
tate ipsam referendo. Idque sub Centum Quinquaginta florenorum
Polonicalium vadio, per eundem recognoscentem Nobilem Andream Krynicki